

Band XI., Nr. 4957, Seite 11-12

Die Laienschwester Mechthild Hellekūnin in Reutlingen bestätigt das Vermächtnis ihres Vaters an das Predigerkloster in Esslingen und das Kloster Weißenau.

Reutlingen, 1297. Januar 15.

Universis presentes litteras inspecturis soror Methildis conversa in Rütlingen dicta Hellekūnin notitiam subscriptorum. Noverint omnes et singuli, quos nosse fuerit oportuum, quod cum pater meus Walther dictus Hellekūne pie memorie fratribus ordinis Predicatorum domus Esslingensis anteriorem domum nostram in Rütlingen iuxta domum H. dicti Fronemaiger sitam, fratribus vero Augie Minoris ecclesie sancti Petri domum nostram posteriorem ibidem cum orto eidem domui attinente et horreo ac via a latere domus ducente ad horreum de consensu meo in remedium animarum nostrarum donaverit adhuc vivens post mortem nostram pacifice et libere possidendas, ego ad future litis calumpniam que super hiis posset accidere precavendam eandem donationem sic factam utroque conventuum predictorum innovavi sub protestatione et testimonio fide digno ipsamque presentibus iterum approbo et confirmo, hoc adiciens et ordinans de consensu conventus ecclesie Augie Minoris supradicte, quod tertia pars orti superius memorati et iter seu transitus ad eundem ortum fratribus Predicatoribus predictis debeat pertinere. Quod si dein [in]opia mea magna exegerit aut paupertas volo, ut non obstante tali donatione predictas domos vendendi liberam habeam facultatem. Verum et hoc pie memorie pater meus tempore donationis huius in pacto posuit et ego id ipsum volo et ordino per presentes, ut fratres Augie Minoris in preiudicium fratrum Predicatorum nullum edificium erigant circa stupam ipsorum eiusdem lumina obfuscando. Volo insuper ut iam dicti fratres ecclesie Minoris Augie de ovibus et peccoribus meis que tempore obitus mei in Bernloch eorum curia remanserint aut recipiantur ibidem quartam partem habeant nomine testamenti.

 Acta sunt hec in Rütlingen, anno domini MCCLXXXVII., in die sancti Mauri abbatis, presentibus et vocatis in testimonium fratre Bur. priore et fratribus Baldemaro, H. de Ūrach et Eticane ordinis Predicatorum domus Esslingensis ac fratre Walthero converso de Bernloch nec non et civibus consulibus seu iudicibus civitatis Rütlingen Walthero de Haigingen et Cunrado de Husen, in quorum omnium presentia hec sunt facta, ac sigillorum conventus ecclesie Minoris Augie sepedicte et universitatis civium in Rütlingen munimine roborata. Ceterum nos abbas totusque conventus ecclesie sancti Petri Augie Minoris formam donationis ac

II

ordinationis prehabite acceptantes in signum ratehabitionis sigillum nostrum
presentibus duximus appendendum.

—

Nach Kopialbuch P des Predigerklosters aus dem Anfang des 15. Jahrh. auf Perg.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Esslingen

Signatur/Titel des Originals:

Lagerbuch 63a, fol. 35v-36r, Nr. 91

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 123, Nr. 290.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Reutlingen

Aussteller:

Mechthild; Hellekünin, Laienschwester

Ortsindex:

Bad Urach Wohnplatz (15999)
 Bad Urach, RT
 Bernloch Wohnplatz (16051)
 Bernloch, Hohenstein, RT
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hausen an der Lauchert Wohnplatz (15992)
 Hausen an der Lauchert, Trochtelfingen, RT
 Hayingen Wohnplatz (15868)
 Hayingen, RT
 Reutlingen Wohnplatz (15981)
 Reutlingen, RT
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV